



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati mortalis Libri Qvinq[ve]

Pelecycus, Johannes

Monachii, 1615

II. Non potuit creatura pura vlla, gratiæ etiam donis ornata peccato primi hominis & posterorum, iustum condignumque remedium afferre.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

CAPVT II.

*Non potuit creatura pura vlla gratia
etiam donis ornata, peccato primi ho-
minis, & posterorum, iustum con-
dignumq; remedium af-
ferre.*

ID hac ratione ostenditur: Vt
quis, quibuscunque etiam gra-
tiae donis ornatus, iustum con-
dignumque remedium peccato
primi hominis, & posterorum
afferat, debet diuinę iustitię ple-
nè satisfacere, eique adeo afferre
munus & pretium culpę omni-
no æquale, vt per se liquet; sed
hoc ille facere nequit; licet enim
diuinę iustitię plenè satisfaciat,
atque adeo afferat munus & pre-
tium culpę omnino æquale,
in eo, cum obsequium aliquod
Deo ille præstat, seque conse-
quenter à creatura, cui peruer-
sè adhæsit, auertat, & ad De-
um

um conuertat, quem peccando
deseruit; licet item in eo quo-
que iustitiæ æqualitas cerna-
tur, quod obsequium illud refe-
rat ad Deū ceu personam offen-
sam placandam, in eo tamē defi-
cit, quia ipse cum Deo compara-
tus, finitæ & limitatæ, Deus autē
qui ab eo læsus est, infinitè est di-
gnitatis & perfectionis. Id clarius
forte ex eo intelligetur. Culpa a-
deoque offensa Dei tripliciter
infinita est, primum in se ratione
actus vel obiecti; infinitè enim
malū est aliquo actu, propter re
infinitè vilem, si cum Deo sum-
mo bono comparetur, auerti à
Deo infinito bono; culpa deinde
infinita est ratione habita perso-
næ quæ offenditur, Dei scilicet
infiniti. Tertiò infinita est ratio-
ne eius qui offēdit Deū; hic enim
cū vilissimus sit Dei respectu, &
tamē illum offendit, efficitur vt
culpa

culpa infinitè quoq; sit magna. Quoniam vt offensa est eò maior, quò est offensa personæ dignioris; ita etiam eò maior est, quo à persona minus digna irrogatur, si hæc comparetur cum persona quæ offenditur. Exempli gratia, iniuria seu offensa, quam rusticus aliquis irrogat Principi, cæteris paribus, est maior quàm iniuria eidem Principi à mercatore vel nobili aliquo irrogata, eò quod rusticus persona sit minus digna, si cum Principe comparetur, quàm mercator aut nobilis. Iam homo qui Deum offendit infinitis partibus minoris est dignitatis quàm Deus quem offendit. Satisfactio ergo adeoque obsequium, vt & pretium ac munus, quod ab eo Deo offertur in compensationè dignam iniuriæ illatæ & acceptæ, prioribus duobus modis æquale

quale
verò
perfo
nitati
finitæ
nis &
plenè
fit, ne
munu
etiam
videb
poste
iure,
satisfe
atura
dotat
enim
ficit;
abund
qua
ta

quale est, quia infinitum, tertio
verò modo inæquale est, quia
persona offensa infinita est dig-
nitatis, persona verò offendens
finita est & limitata perfectionis
& dignitatis, & consequenter
plenè diuinæ iustitiæ non satis-
fit, nec æquale culpæ pretium &
munus Deo offertur. Christus
etiam Dominus noster, vt infra
videbimus, pro peccato Adæ &
posterorum, dignè, summoque
iure, & ad æqualitatem iustitiæ
satisfecit, id ergo homo, vel cre-
atura alia gratiæ etiam munere
dotata facere non potuit; sicut
enim Deus in necessariis non de-
ficit; ita neque in non necessariis
abundat. Sic rursus clarescit
quanta sit remedij difficul-
tas, peccatique mortalis
grauitas,

CA-